

ERA 1101. — AÑO 1063

I

Testamento otorgado por el S. Sancho Galindez y su esposa Urraca en el año 1063 (era 1101). (1)

FUENTES:

A. Lib. Priv., fol. 262.

Al margen: Lig. 12, n.º 2.



Sub diuina clementia et eius gratia, ego Sancio Galindez et ego Urracha coniuge eius simul in unum facimus facere hanc cartam vel istum testamentum per nostras animas et commendamus illas ad Deum et ad sancta Maria et ad totos suos sanctos; in primis ponemus et alaxamus per nostras animas redimere in Dei seruitium et de Sancta Maria de Ibuasar illa casa de Villanouiella, cum omnia quæ ad ipsa casa pertinet, pro nomen ipsa casa quæ camiamus ad seniore Garcia Ennecones, et illas tres molas de almoçara cum illa vinea et illa casa de Orante cum suas terras, pro nomen illa quæ fuit de Garcia Lopez de Ili-

(1) De este documento no hay más dato referente a su fecha que el de haber sido otorgado en la era 1101, que da el año 1063: como el rey Ramiro I muere en 8 de marzo de ese año y le sucede inmediatamente su hijo Sancho Ramírez, puede pertenecer a cualquiera de los dos reinados: con esta advertencia lo colocamos aquí.

buerre, et illas casas de Agüero cum suas hæreditates, et illo casale de Jacca quod tenet Ponz Guigelmi cum terras et vineas quod habemus in Jacca, et illo malguelo de Banaguasse, et illo casale de præbytero Garcia de Abay cum terras et vineas quæ ad ipsa pertinent, et illo malluelo maiore que plantauimus in Carnole qui est in illu stratu, et illo campo que comparamus de illos de Abay qui est in illu stratu, et illas terras quæ comparamus de senniore Fortunio Ennecones de Lorbiesse, et illo casale de Castillilgo cum terras et vineas, pro nomen illo que comparamus de Garcia Fortuniones de Spondras, et illo malguelo de Castillilgo et Sancti Saluatori de Castillilgo, cum tota sua hæreditate, quomodo nos donarunt illo, et villa Larrousa cum mesquinis et casa et terras quod antea ibi habuimus, et Siebosa et Besconsse cum quantum ibi habuimus, et Sancta Maria de Torla cum illas casas de Torla et cum illas terras quæ fuerunt de præbyter Açenar de Petra Seca, cum illas æstivas quæ ad ipsa pertinent et illas casas de Agibar cum quantum ibi habemus, et Sancti Christophani de Annisse de Stunteras cum sua hæreditate, ad sancti Petri de Jacca douamus per nostras animas una casa in Candiars cum terras et vineas. Ego Sancio Galindiz supra nominato mando et destino ut si vixerit super me conjugii mea domina Urraca in suos dies tamdiu illa fuerit non partant ad illa villo de suos filios nisi toto isto quod est supra scripto, nisi illum que illa eis quesierit dare pro grato et sine fortia, et habeat mea anima commendata. Similiter ego Urraca mando et sic destino, ut si vixerit supra me isto seniore meo supra scripto. in suos dies tamdiu ille fuerit, non ei partant suos filios nec ullos meos ulla causa; et habeat mea anima commendata. Et qualis quod transeat primum, unum de nobis sedeat toto nostro

habere mouile de vasos de argento, et de pannos duas partes facto, et illa una parte sedeat ad Sancta Maria pro sua anima; et illa alia parte remaneat ad illum viuum, et post suo obitu sedeat de Sancta Maria; et postea illa medietate sedeat in Dei seruitium et de Sancta Maria; et illa alia medietate sedeat data pro captivos redimere; sed de nostros vasos de argento et pannos quae laxarimus et seruitium Dei et Sancta Maria, non sedeat partitos, nec prendant de eos ulla parte alios nostros, nisi adpraecient eos et sedeant adpraeciatos quantum valent; et postea si filios nostros quaesierint de illos redimere, donent in illos tantum praetium quantum valent, ad laudamentum de bonos homines christianos timentes Deum, et redimant eos; et illo praetio que dederint in illos, sedeat in Dei seruitium et de Sancta Maria; de nostros peculiares mandamus ut si fuerit nostrum obitum, de illo uno quale que transeat ante fructum collectum, illas duas partes que se colligant; et illa tertia parte que sedeat rasa; et si fuerit fructum collectum, illo que fuerit collecto et aplacato que partant illo tres partes; et illo qui fuerit ad aplicare, sedeat raso et ingenuato pro anima de illo defuncto, illa parte de illo defuncto vadat ad Sancta Maria pro sua anima.

Possuimus ad Sancti Joannis pro nostras animas Sancti Laurenti de Cornas. Similiter et in Jacca illas meas casas que sunt in illo barrio Sancti Jacobi cum terris et vineis et molendinis ita quod teneat Petro Sangez in vita sua. Ittem destinamus et ordinamus unusquisque de filiis nostris qualem partem habeant de nostras hæreditates: Scemeno Sangez et Petro Sangez habeant ambo pro medio villa Laruase cum suos mesquinos et suas hæreditates. Similiter habeant inter ambos pro medio villa Anguese cum suos mesquinos et suas hæreditates, et ad Scemeno Sangez do-

namus ante capo ad suo batio illas casas de Esa cum sua hæreditate. Similiter ad Petro Sangez donamus illas casas de Sos cum sua hæreditate, in Uno Castello, illas casas de susu cum illa media hæreditate habeat illas Petro Sangez, et illas alias de iusu cum illa alia medietate de illa hæreditate habeat illas Scemeno Sangez; et illa casa de Jacca de iusu habeant illa inter ambos germanos; et illa casa de Lusia cum sua hæreditate, et illas casas de Boltania cum sua hæreditate; et illas casas de Otho cum suas hæreditates cum illos mesquinos qui fuerunt de domno Scipio; et illa casa de... (1) Filigana cum sua hæreditate, et illas casas de cum illa parata et Lacarrossa, omnes istas habeat Scemeno Sangez. Petro Sangez habeat Centenero et illos vicos cum suos mesquinos et suas hæreditates, et villa Salamania cum suos mesquinos et suas hereditates et illos mesquinos de Isuns que ego sua matre Vrraca ei illos donavi et illas casas de Abay qui fuerunt de illa domina Eximina cum suas hæreditates qui illa ei eas donavit, et illa casa de Biel cum sua hæreditate, et illa casa de Loreselga cum sua hæreditate, de Illibuerre, cum suas casas et hæreditates et suos mesquinos; in Lardiasse illa casa cum sua hæreditate et illo paratero de Feneros; in Merguerlo illo cellero que comparamus et illa camariella et illo cellero cum illas terras que comparamus de Banco Vita et de domino Ato de Sancta Maria. Ad domina Tota illas casas de Merguerlo de partes de opaco cum illa media hæreditate, et Villanouiella cum suas hæreditates et suos mesquinos, et illa una mola de almoçara et illas terras de Bescasa; in Antecannecco illas casas cum sua hæreditate; in Aquilue illas casas cum sua hæreditate; in Osane casas cum sua hæ-

(1) Falta la palabra en el Lib. Priv.

reditate; in Lanuas casas cum sua hæreditate et illa casa de Abuerta; et in Eborā casas cum sua hæreditate. Ad domina Urracha in Merguerlo illas casas que tenet Garcia Fortungones cum illa media hæreditate, et villa Somanese cum suos mesquinos et suas hæreditates; in Babuese illas casas cum sua hæreditate et illas terras de Aragule; et in sancti Vincenti illas casas de Artieda; et quando partiran nostros filios, illas hæreditates que saquent sendos captiuos per nostras animas. Nunc autem ego supranominato Sancio Galindez et ego Urracha coniuge eius simul in unum facimus istum testamentum filiis nostris quod si aliquis de illos (quod absit) mortuus fuerit, et non laxauerit filios de legitima muliere, tota sua parte que illi mandamus in suprascripta diuissione ab integro remaneat pro sua et nostras animas ad sancta Maria de Iboçar et filios de concubinas non accipiant partem in nostris hæreditatibus, nec aliquis de filios aut de nepotes nostros faciat ulla affilgatura ad nullo alio homine per nulla causa, nisi ad suos germanos, sed, sicut diximus, totum ab integro remaneat ad sancta Maria de Iboçar. Nostras armas sedeant de ambos nostros filios de Scemeno Sangez et Petro Sangez; illas equas et cauillos et mulos et bacas sedeant tres partes factas, illa una parte sedeat de sancta Maria pro anima de illo qui primun transierit de isto sæculo; et illa alia parte sedeat de illo uiuo, et illa tercera parte sedeat de nostros filios; ego Urracha sic mando et destino ad filiis meis, ad Ato Galindiz et ad Gallo Galindiz de illa compara que comparauī cum seniore Galindo Attones vestro patre in Morcato et in Banaste et in Lanuas, et illas casas de Sancti Vincenti illas de susu habeatis ante capo sine vestros germanos; et laxauī vobis quator casas quæ ganauī cum domino Senior Sango Galindez pronominato Biasuassi villa, cum

illos mesquinos et casas et suas hæreditates, et Ippassa illa villa cum suos mesquinos et suas hæreditates; et illo malguelo de Abosse; et in illo Puyuelo illas casas cum suas hæreditates; et in Buassa illas casas cum suas hæreditates; et proinde donavi vobis istas quatuor casas que ganavi cum domno meo Senior Sango Galindiz que post meos dies pro nulla causa non demandetis ad vestros germanos parte, non in villas, nec in casas, nec in terris, nec in vineis, nec in mesquinos, nec in aliquas causas, nisi que habeatis inter vos amorem et bene querentia, et horificentia, et pacientia per cuncta sæcula, propter amorem Christi; et qualis transeat primo de vobis non partates nec casas nec hæreditates ad illo vivo qui remanserit, sed totum illum teneat in sua vita; et post nostros dies quando prænderitis vestras casas de sendos captiuos, saquetis per nostras animas. Et ego supranominato Sancio Galindiz cum Urracha coniuge mea impræcamus vobis et dicimus vobis filiis nostris ut qui supra nostro mandato quæsierit exire, aut in alia parte istum nostrum testamentum demutare, cum Datan et Abiron habeat partem in inferno inferiori. Amen. Facta carta æra M. C. I. Et ego Sancius scriptor [qui hanc cartam scripsi et de manu mea istum signum † feci.